



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

7. Cur præstet, esse pauperem?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

dicabam, at mei ipsius miscrebat, qui pragrandibus illis Colosis vide-  
ver persimilio, quales vel Phidias, vel Myron, vel Praxiteles fabricau-  
erit. Etenim illorum quisque, quo ad ea quae foris apparent, Neptunus  
ipse est, aut Iupiter mirifici decoris, aut eborum compactus: & aut  
fulmen, aut fulgnr, aut tridentem fuscinam dextra sustinet: ceterum  
si immo capite, que sunt intus, inspicias, videbis veles quosdam, pa-  
xillos, & clavos introrsum prominentes, neq; non vimina, cuneosq; &  
picem sublitam, & aliam item id genus deformitatem intrinsecus inhabi-  
tantem. Omitto recensere muscularum multelarumq; vim, qua non  
numquam in eis mansitant. Huicmodi quedam res nimurum regnum  
quoque videtur. His recensitis, petijt sibi Micyllus explicari lutum,  
& clavos, & vestes, quinam fuerint in imperio, & alia quae sunt  
intra Colossum. Mox igitur Pythagoras gallicus ita perrexit:  
*Quid primo loco tibi referam, Micylle, utrum metus, curas mordaces,*  
*suspiciones, odium quo regem persequuntur ij, qui cum illo vivunt, insi-  
diis, atque eas ob res somnum rarum, & hunc ipsum pertinem, ac  
plena tumultu insomnia, cogitationes perplexas, spes semper improbas:  
atq; penuriam, & occupationes, judicia, expeditiones, edicta fœderata, con-  
sultationes? quibus rebus sit, ut ne per somnum quidem aliqua res suam  
frui liceat; veruno ut omnibus de rebus solus dispiciat necesse est, milieq;  
negotia sustineat;*

*Quippe nec Atriden Agamemnona dulcis habebat.*

Somnus, multigenas versantem peltore curas,  
idq; cum reliqui omnes Achini sterterent. Adde, quod Lydum illum dis-  
cruciat filius manus: Persam verò Clearchus ad Cyrus desciscens: atq;  
alium quempiam Dion cum Syracusanis nonnullis ad aurem communi-  
cans. Rursum alium quemdam urit Parmenion collaudatus. Item Per-  
diccam Ptolemaeum: Ptolemaeum Selencus. Quin illa quoque molestiam  
afferunt, si qui defensionem parare dieantur, aut duo quatuorū satelli-  
tes inter se confusurrantes. Porro (quod est omnium grauiſſimum)  
amicissimi quiq; vel maxime sunt formidandi, semperq; metuendum, ut  
quid magni ab illis exoriantur. Nam aliis à filio veneno necatus est: aliis  
item ab amasio. Alium simile quoddam fortassis mortis genus eripuit.

## VII.

Ad hæc Micyllus, Atrocia miraque sunt ista (inquietabat) que  
narras, o galle. Mihi igitur multò sic tutius opera cerdonica proum in-  
numbere, quam ex aurea bibere phiala comiter delatum haustum, cate-  
rump

rūm cincta aconitoq; temperatum. Nam mihi quidem hoc unum est periculi, ut si panum aberres sūnilion deflecat q; a recta incisione, sumum secantis digitum exiguo sanguine tingat: at iſti, quemadmodum narras, lethifera agant convivia, atq; id innumerabilibus in malis constituti. Deinde, ubi conciderint, persimiles esse videntur tragediarum histriónibus. Nam multi, sicut videre lices, Cecropes sunt scilicet, aut Sisyphi, aut Télephi; diademata gestant, argenteisq; capulis gladios, somamq; ventilantem, & auro intertextam chlamydem. Quod si quis (qualia nimirum permulta solent accidere) impulso illos media in scena precipites, risum profecto mouant spectatoribus, videlicet persona unā cum ipso diadematē contrita, vero autem actoris capite luxato, cruribusq; maxima ex parte renudatis: ut jam interioris amictus quam mīseri sint panni, fiat perspicuum: ac cothurnorum, quos pedibus induxerunt, appareat deformitas, haudquaque ad pedis modum respondens. Quamobrem recte colligit Pythagoras, nullam ex omnibus vitam sibi visam tranquilliorē vita naturalibus dumtaxat, cupiditatibus & vīsibus circumscripta. Posthac, ipsa adhuc nocte, reliquis mortalibus quietem concedente, circumduxit Micyllum gallus, per diuitum domos, ut eorum beatam vitam eorā oculis, vel ad obscuram siticulosamque lucernam iatueretur. Et quidem primō ad illius ipsius aedes, qui ex Simone Simonides factus, cupiditatem Micyllo à puerō insitam, quam numquam dediscere potuit, videlicet ut diues euaderet, insperata felicitate sua inflammarat. Ibi ergo vidit Simonem Simonidem, ceteris dormientibus, vigilantem, ac supputatē, pallentemque admodum, atq; extenuatum, curis enim totus exaruerat. Quibus de caussis, Simonipse indicauit, his verbis secum loquens: *Nimirum septuaginta illa talenta tuto admodum sub lectica defossa sunt, neq; quisquam aliis omnino vidit?* At verò sedecim illa Sofylus equisō vidit me sub praesepē occultantem. Itaque de curando stabulo non est admodum solicitus, quamquam nec alias admodum laboris appetens. Verisimile est autem illum multè etiam hie plura sustulisse. Nam unde alioqui Tibius beritano ingens salsamentum illi obsonio proposuisset? Tum autem aient, ille una manile emisse uxori drachmis quinq; Heu misero mihi! Hi omnia resa dispergabunt bona. Quid, quod ne pocula quidem sat in tuto mihi respondit aūt, cūm sint multa? Vereor enim, ne quis ea, suffosso parieto tollat.

Dd

tollet.

sollat. Complures mibi innident, atque infidiae parant. Optimum igitur fuerit, ut ipse insomnis seruum. Omnem obibo domum, in orbem obambulans. Quis iste? Video te per Ionem, o parietum perfostr. Sed es columna, bene res se habet. Pernumerabo denuo refostrum argentum, ne quid fortem dudum me fugerit. En rursum obfrepuit mibi nescio qui, Nimirum obsideor, atq; infidys appetor ab omnibus. Ubi mibi gladius, si quemquam deprehendero? Rursum aurum defodiamus. Haec in jam diuinit Simonis domo, & complura, in aliorum opulentorum, vstrarum rationes digitis contoris iterantium, ædibus postquam vidit Micyllus, & verò etiam in ipsius Eucratis palatio, exclamavit: O miser, cuiusmodi viuit vitam? hostib; eveniat, ad hunc modum dicitas esse. Valeat aurum & conuinia. Duo oboli mihi potiores dinitis sunt, quam si à domestico nobis domus perfodiatur. In hunc modum, ex Pythagoræ, immò galli Pythagorizantis admonitione, didicit Micyllus sacer philosophari; & paupertatem diuinitijs anteferre.

## VIII.

**Suprà cap. 2.  
g. 8. S. Hieronymus, ep. 13.**

**Anton. in  
Melissa. p. 1.  
serm. 33.**

**Stobæus ser.  
95.**

**Plutarch in  
Laconicis.**

**Sen. lib. 5. de  
bene, c. 44**

Ob quas rationes etiam alij sapientes inopiam non solùm aequo animo tulerunt, sed etiā gazis regijs prætulerunt. Illis, quos suprà recensui, accedat paulo aliter à S. Patre, quām à Madaurense Philosopho citatus. Crates Thebanus, ait S. Hieronymus, magnum auri pondus proiecit in mare, quòd dicere, non posse se diuitem saties bene philosophari: Abergam, inquit, vos, ne mergar a vobis. Cato quoque dicebat, honestam paupertatem impijs diuinitijs, longè præferendam esse: hoc enim opprobrij, illud miserationis causā, fieri solere. Quin Diogenes paupertatem appellabat virtutem, aurodiſſaſor, id est, quæ per se dicitur. Non enim multis opus est documentis, vt quis pauper fiat; aut, si pauper est, vt frugaliter vivat; diutes autem indigent multis præceptis, vt discant temperantiam, vt exerceant liberalitatem, vt abstineant à luxu, ne superbiant in vestibus, quæ omnia seipſam docet paupertas. Plutarchus scribit, Lyceum rogatum, Quomodo Sparta salua & invicta contra hostes confidere posset? respondisse: si pauperes fuerint, nec aliis alio plus requirat. Ad opulentos enim spes præda inuitat hostem, nec facile potest elabi, qui sarcinis, & impedimentis retardatur. Ad hanc autem sunt ab hostium incursu, apud quos eß equalitas, & ex equalitate concordia. Seneca certè generosum est dictum: Sunt quidam extra omnem subdulitatem cupiditatem, qui vix ullis humanis desiderijs cōtinguntur: